



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. I. De Extremo judicio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

illa eundem in finem accepit: an non verè vapulabit mul-  
la, de qua si vigilantiam negligat, & alia fidelis servi officia osci-  
unter persolvat? vide ergo, quid haec tenus egeris, & agere  
incepis velis. Colloquium ad Christum cum convenien-  
tibus affectibus. Vide Spinolam p. 2. med. 156. fol. 400.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 23. & illa præcipue verba be-  
neperendantur: Beatus, qui horam mortis suæ semper an-  
tocolos habet, & ad moriendum quotidie se disponit. Stu-  
dium nunc taliter vivere, ut in hora mortis valeas potius gau-  
ete, quam timere.

Pro secunda Die.

### MEDITATIO I.

#### DE JUDICIO EXTREMO.

Scopus.

Propositum DEO satisfaciendi, antequam rationem  
ultimam exposcat.

Tessera: Domine patientiam habe in me, & omnia red-  
dam tibi. Matth. 18.

### Punctum I.

Considera I. Parabolam Regis, qui voluit rationem po-  
nit cum servis suis, quam S. Matthæus c. 18. sic describit:  
Assimilatum est regnum ealorum homini Regi, qui voluit  
rationem ponere cum servis suis, & cum capisset rationem  
ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia ta-  
lenta. Cum autem non haberet, unde redderet, jussit cum  
Dominus eius vanumdari, & uxorem eius, & filios & om-  
nia, qua habebat, & reddi. Procidens autem servus ille, o-  
rabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia red-  
dam tibi. Misertus autem Dominus servi illius, dimisit  
eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille in-  
venit unum de conservis suis, qui debebat ei centum dena-  
rii, & tenens suffocabat eum, dicens: redde quod debes.  
Et procedens conservus ejus rogabat eum, dicens: patien-  
tiam habe in me, & omnia redam tibi. Ille autem noluit:  
sed abiit, & misit eum in carcерem, donec redderet debitum,

Bb 5

Viden-

Videntes autem conservi ejus, qua siebant, contributi sunt  
Galde. Et Venerunt, et narraverunt Domino suo omnes  
qua facta fuerant. Tunc vocavit illum Dominus suus:  
ait illi; serve nequam omne debitum dimisi tibi, quem  
si me. Nonne ergo oportuit et te misereri conservis  
ut ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius  
didit eum tortoribus, quoadusque redderet universum de-  
bitum. Considera, inquam, quis sit scopus hujus pati-  
iae, scilicet, ut frequentiis animo volvamus, quam lete  
olim ratio a nobis sit exigenda, atque adeo in hac vita  
re DEO satisfacere studeamus.

Considera II. Quam timendus sit ille dies, in quo dic-  
ratio a nobis exigetur, sive Rex ipse rationem exigens in-  
stetur, utpote, qui est infallibilis propter potentiam, in-  
xibilis propter justitiam, infugibilis propter potentiam, ob-  
jectum, de quo exigitur ratio, consideretur, quod inde-  
dit omnem cogitationem, verbum & opus sive sententia in-  
tendatur, quae est irrevocabilis, sive denique ipsa prece-  
sententiam decreta perpendatur, quae etiam pro levibus  
pensis inficta superat omnem pœnarum & tormentorum in hoc  
mundo infligi solitorum acerbitudinem.

Considera III. Si juxta Christi effatum apud S. Lucas  
cap. 12. omni, cui multum datum est, multum queretur  
eo, & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo,  
quam difficilem rationem sit habiturus, cui tam multa si-  
ngularia beneficia, tam pretiosa talenta, tam præclarissime  
sancte vivendum occasiones, tam multa ad proximo ben-  
faciendum media a Deo sunt oblata. Vide proin, quin  
quum sit, ut tu quoque salutarem hujus judicij timorem  
cicias; & quidquid ad moderandum hunc timorem con-  
cere potest, studiosè adhibeas, Colloquium ad S. PP. regre-  
do, ut in illo potissimum rationis reddendæ actu tibi affi-  
re dignentur.

### Punctum II.

Considera I. Quo potissimum medio servus iste Evangel-  
icus remissionem sui debiti obtinuerit a Domino, nimis  
procidens dixit: Domine patientiam habe in me, & onus  
reddam tibi.

Considera II. Quo modo alterum quoque caput addere posueris servus iste, videlicet ut & ipse miseretur conseruari, & debitum remitteret, quod quia non praestitit, iratus Dominus tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet universum debitum.

Considera III. Quam apta sint haec media ad ipsum etiam Deum placandum, quamque adeo sedulò illa à te adhiberi deinceps debeant. Colloquium ad B. V. illud præcipue usurpando: Domina nostra, mediatrix nostra, Advocata nostra; tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos repræsenta.

## Punctum III.

Considera I. Quid sit omnia reddere, uti ad exemplum servi in prioribus punctis facturum te proposuisti, nimis rursum negligentias novo fervore, & extra ordinario perfectionis consequendæ studio compensare.

Considera II. Quantum gaudium per talem fervorem Deo, Sanctis, tibi, Religioni, aut Ecclesiæ, fratribus tuis, in & ipsis animabus purgatorij, pro quibus magnam operum tuorum partem à te offerri credo, creaturem sis, quamque adeo potens motivum habeas ad hunc fervorem maximum, quo poteris, animi conatu suscipiendum, atque conti-nuandum.

Considera III. Quam præclaras item occasiones habeas, cundem hunc fervorem ipso opere demonstrandi, hoc maximum tempore, quo & Deus paratus est efficaciora & plura tibi auxilia clargiri, & domestici tui novum à te fervorem, & meliora vita sanctæ exempla exspectant. An non ergo dices cum S. Paulo ad Philipp. 3. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, unum autem, qua quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum perseguor bravium supernæ vocationis Dei in Christo IESV. Colloquium ad Christum, illud cum Davide Ps. 142. assidue repetendo: Domine, non intres in iudicium cum servo tuo. Item illud Ps. 78. Domine ne memineris iniquitatum nostrorum antiquarum, citò anticipent nos misericordia tua, quia pauperes (& debitores,) facti sumus nimis. Adua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius

est.

*est o peccatis nostris.* Vide Spinolam p. 2. med. 120. fol. 121.  
Legatur ex lib. 3. de imit. c. 14. & illa verba bene perpen-  
dantur: Sto attonitus & considero, quia cceli non sunt mne-  
di in conspectu tuo. Si in Angelis reperisti pravitatem, no-  
tamen pepercisti, quid fiet de me?

Pro Die secunda.

### M E D I T A T I O II.

### D E P U R G A T O R I O.

#### Scopus.

**P**ropositum liberaliter succurendi animabus defundi  
put, quâ mensurâ mensus fueris, eâdem Deus remedium  
tibi.

#### Punctum I.

Considera I. Parabolam de villico iniquitatis, quam lo-  
cas c. 16. sic narrat: *Homo quidam erat dives, qui habebat*  
*villicum: Et hic diffamatus est apud illum, quasi diffamatus*  
*bona ipsius, Et vocavit illum, Et ait illi: quid hoc audi-  
te? redde rationem villicationis tue: jam enim non poteris*  
*villicare. Ait autem Villicus intra se: quid faciam, quia*  
*Dominus meus auffert à me villicationem: fodere non ob-  
leo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut, cum amato-*  
*fuerō à villicatione, recipiant me in domos suas. Convo-  
cis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat prius*  
*quantum debes Domino meo? at ille dixit: centum cal-  
olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam Et sede eti-  
scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: tu vero quantum*  
*debes? qui ait, centum tritici coros. Ait illi: accipe li-  
ras tuas, Et scribe octoginta. Considera inquam, quis in*  
*villicus iste iniquitatis, nimirum homo, qui in administra-  
tione villicationis animæ suæ varias culpas veniales admitti-*  
*ideoque post mortem suam, quo tempore facultas villicandi*  
*& merendi sublata est, rationem omnium suorum operum*  
*dare cogitur, & à villicatione amoverur.*

Considera II. Si etiam justus septies in die cadit, quoties  
credibile sit, te hactenus lapsum fuisse in venialia faltem  
peccati.